ADDITIONES.

a *VAſallus relinquens.*] Et quod vaſallus teneatur ſequi dominum in bello, ſi vult eſſe ſaluus, ſiue moueat bellum, ſiue moueatur ſibi illicite, vide per Roland.conſ.48.num.42. 43. volum.4. *Giach.*

### QVÆST. LV.

1 a *QVæro, an vaſallus relinquens* [a] *dominũ in prælio, priuetur feudo? Reſp. quod ſic, ſi dominus nõ ſit mortuus, nec ad mortẽ vulneratus. Tex. eſt in cap.1.in princ.quib.mod. feud.amitt.tenetur.n. vaſallus dominum adiuuare, dixi ſupra quæſt.21.*

*An vaſallus relinquens dominum in prælio, pri-*
1 *uetur feudo.*] Quod † vaſallus, dominum in prælio ſeu acie periclitãtem, non lethaliter vulneratum, deſerens, feudo mulctetur, relucet ex tit.5. in princip. & titul.21.§. vltim.lib.1. F. tit. 24.§. item qui dominum, 2. & tit. 57. lib.2. F. Idque adeo verum eſſe creditur: vt, etiamſi poſt fugam pœnitentia ductus ſtatim ad dominum reuertatur, ni-
2 hilominus feudo priuetur. Tum † quia feudorum placita ob id ſolum feudo priuant vaſallum, quod hic dominum ſuum in bello dimiſit, d.tit.5. in princ.& d.tit.21.§. vltim.lib.1. F. cum ſimilib. modo allegatis. Tum quia illo ipſo momento, quo ab-
3 fuit vaſallus, periculum imminere domino potuit. Tum † quia punitur miles, qui duntaxat agmen exceſſit. l.3.§. ſed qui agmen, 16.ff. de re milit. quique ſaltem arma in bello amiſit, vel alienauit, d.l.3.§. miles, qui, 13. ff. eod. Tum quia nemo fugæ peccato pœnitentia ſua nocens eſſe deſinit, l. quid ſi fugitiuus, 17.§.1.ff. de
4 ædilit. edict. Tum † denique quia pœna delicti ex pœnitentia delinquentis non remittitur, l. qui ea mente, 65.ff.de furt.l.penult.ff. vi bonor. raptor. Atque his argumentis hanc ſententiam defendunt Martinus Laudenſ.ad d.tit.5. lib.1.F. Curtius iun. in tract. de feud.part.4. num.12. Sonsbeccius in Commentar. in vſus feud. part.12. numer.14. D. Bocer. claſſ.5. diſput. 20. th.115. ſub littera C. Mozz. ex quib. cauſ. feud. amitt. num.87. Vult. lib.1. de feud. cap.11. num.19. & Berens diſput.feud.th.70. & ſeq. *Harprec.*

## QVÆSTIO LVI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vaſallus deteriorans rem feudalem, an poſſit feudo priuari.*

Ex Additionibus.

1 *Quæ requirantur ad hoc, vt ex cauſa deteriorationis vaſallus feudum ſuum amittat.*
2 *Quæ modica, vel inſignis deterioratio ſit, iudicis arbitrio relinquitur.*

ADDITIONES.

a *SI vaſallus.*] Adde videndum per Roland. conſil. 40. per totum, volumine quarto. *Giach.*

### QVÆST. LVI.

1 a *QVæro,* [a] *ſi vaſallus notabiliter abutatur re feudali, illam deteriorando, nunquid erit ſufficiens cauſa, vt poſſit feudo priuari? Reſpond. quod ſic. Et ita tenent omnes, vt dicit Molin. in conſuetud. Pariſ. feud. §. 80. num. 166. moti exemplo emphyteutæ, qui propter deteriorationem poteſt à re emphyteutica expelli. Hæc tamen concluſio nunquam mihi placuit, quia argumentum de emphyteuta ad vaſallum non procedit ad inflingendam pœnam priuationis, vt dicunt omnes DD. per me allegati, ſupra in quæſt. 51. ideo niſi vaſallus diſſiparet, vel dilapidaret maiorem, vel meliorem partem rei feudalis, tenerem, quod non poſſet feudo priuari. Eſt enim feudum quaſi donatio, ſaltem reſpectu vtilis dominij; merito non debet eſſe in conſideratione etiam notabile detrimentum, quod vaſallus faciat in re feudali, citra tamen præiudicium ipſius directi dominij.*

1 *Si vaſallus notabiliter abutatur re feudali.*] Ad † hoc, vt cauſa deteriorationis feudo ſuo exuatur vaſallus, duo præcipue cõiunctim requiruntur. Prius eſt, vt dolo malo, vel culpa ſua rem feudalẽ fecerit deteriorem, per tit. 21. de feudo ſine culpa non amitt. tit. 22.§.vltim.ibi, niſi cõuicta culpa, lib.1.F.tit.22 in princ. ibi, eum in culpam incidiſſe, tit. 24. §. præterea, verſic. quod ſi non fecerit dolo, vel negligentia ſua, tit. 52.§.vltim.lib.2. F.Bal.& Dec. in auth.qui rem, C.de ſacroſanct. Eccleſ. Iaſon cõſ.17.lib.1.Schrader. in tract.feud.par.9. capit.6. num.68. Alterum, vt deterioratio illa inſignis, adeoque notabilis quantitatis fuerit, d.tit. 24.§.præterea, ibi, grandem iacturam, & §. item ſi delator, ibi, graue diſpendium, & §. denique verſ. ſi vero, ibi, grauiter deliquerit, & graue quid commiſerit, & tit.23. in princip. verſ. de illa, ibi, egregiæ ingratitudinis cauſæ, lib.2.F.Borcholt. in Commentar. in conſuetud.feud. cap.3. num.33. Schneidevvin. de feud. par.8. cap.1. num.31. Schrader.d.part.9 cap.6. num. 66. Vulteius lib. 1. de feud.cap.11. num.39. Bocer.claſſ.5. diſput.20. th. 64. edit. 2. Roland. à Valle conſil.1. num.103. vol.3. Roſenthal. in tra-
2 ctat. iuris feud. capit.10. concluſ.33.nu.1. Quæ † autem ſit dicenda modica, vel magna ſiue inſignis deterioratio, iudicis arbitrio relinquendum eſt. Bald. in l.3. C. de locat. Tiraquell. in l. ſi vnquam, 8. in verbo, omnia, numero trigeſimo primo, C.de reuocat.donat. Menoch. lib.2. de arbitr. iudic. quæſt. cent. 1. caſ. 78. hoſque citans Borcholt. dict. capitulo tertio numero trigeſimotertio. *Harprec.*

## QVAESTIO LVII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vaſallus ſciens imminere periculum domino, ſi eum non certiorauerit, an cadat à feudo.*
2 *Et quid ſi non potuit illum certiorare.*
3 *Et quid ſi potuit obuiare periculo domini, & non fecit.*

Ex Additionibus.

1 *An vaſallus ſciens imminere periculum domino, ſi eum non certiorauerit, à feudo cadat.*
2 *Et quid, ſi potuit obſiſtere periculo domini, & non fecit.*

ADDITIONES.

### QVÆST. LVII.

1 a *QVæro, nunquid vaſallus* [a] *ſciens imminere periculum domino, ſiue circa perſonam, ſiue circa grauem iacturam bonorum, ſi dominum non certiorauerit, poſſit feudo priuari? Reſpo. quod ſic. Et de hoc eſt text. expreſſus in cap.1. §. præterea, quæ fuerit pri.cau. benef. amit.*

a *VAſallus.*] Hic ſcias, quod vaſallus ſciens domino imminere magnum periculum, & ei non præſtans auxilium, ad quod tenetur ex iuramento fidelitatis, dicitur eſſe in mora, per Mariu. Anguiſſol. conſil.27. ſub num.6 Et de vaſallo conſcio de morte domini ſui vel de turbatione ciuitatis



tis ſuæ, uel de alio commiſſo in ciuitate ſua, quod puniatur pœna vltimi ſupplici, & in confiſcatione bonorum, ob non reuelationem, quando tamen coniurationem probare poterat, alias nõ vide per Rolan. plenè in conſ.88. vol. 2. *Giach.*

*Hæc tamen concluſio intelligenda eſt, vt procedet quando vaſallus potuit domi-*
2 b *num certiorare, & non* [b] *fecit, alias autem ſi non potuit dominum certiorare, non eſt puniendus. Ita colligitur expreſſe ex verbis illius textus, dum dicit, quam citius poteſt. Et ita concludit gl. ibi, in verbo, Certiorare, quam dicit eſſe cõmuniter approbatam Curt. iun. de feud. in diſt. quarta parte, in 26. cauſa, verſic. Secnudo limita. valde enim iniquum eſſet, vt pro eo, quod quis abſque culpa facere omiſit, puniretur.*
3 *Sed quid ſi tunc quidem cum ſciuit, non potuit certiorare, poſtea vero potuit facere reſiſtentiam, & obuiare huiuſmodi periculo, & damno domini, & non fecit? Reſp. quod hac caſu non eſt excuſandus à priuatione feudi. Ita dicit glo. in d.§. præterea. in verb. Certiorare. Et ita ſublimitant cõmuniter Scribentes, vt dicic Curt. iun. in d.26. cauſa, in fin. videtur enim quodammodo conſentire delicto, qui cum poſſet delinquere volenti reſiſtere, non reſiſtit. Et licet regu-*
c *lariter quis uon teneatur* [c] *obuiare delicto; tamen quando id commodè facere poteſt, & ſine ſui periculo, vtique tenetur, vt dixi infra lib. 5. §. fin. q. 87. verſic. dictum eſt. & in propoſito huius concluſionis videnda ſunt, quæ dixi in ead. quæſtione octuageſima prima circa princip.*

*Nunquid vaſallus ſciẽs imminere periculũ domi-*
1 *no.*] Quod vaſallus ſciẽs dominũ periculo, vel dãno magno obnoxiũ non admonuit, aut certiorauerit, feudo priuandus ſit, patet ex tit.24.§.preterea & tit.26. §.licet vaſallus, & tit. 28.§.ad hoc quãtocunq; lib.2.F.& tradunt, preter Clarum noſtrum, Sõsbecc.in Comment.in vſus feud par.12. nu.15. Brun.conſ.28.nu.2. Rol. à Val.conſ.1 nu.96. Cæphal.cõſ.95 n.31.& cõſ. 76.nu.61.Borcholt.in cõment. in conſuetud. feu. cap.8. nu.106. Soarez in theſ.recept.ſentten. lit. F. nu.80.& Vultei. lib.1.de feud. cap.11. numer. 47. *Harprec.*

2 b *Et non fecit.*] Si † vaſallus dominum certiorem reddere nequeat, periculo tamen illi obſiſtere poſſit, non autem obſiſtat, eo caſu etiam vaſallum feudo priuandum eſſe, vltra Clarum noſtrum, diſertè ſcribunt Sonsbecius, & Vulteius locis allegatis. Huc que accommodari poterunt, quæ annotauimus ad §. item lex Cornel. de ſicarijs, 5. Inſtitut. de public. iudic. numer. 133.& ſeqq. *Harpr.*

c *Non teneatur obuiare delicto.*] Adde Ioã. Igneum in l.1. §.ſerui, numero 131. & ſequent. ff. ad Syl.Apoſtil.ad Deciũ in capit.1.de offic. deleg. Alb.in l.metum, §.Sed licet, ff. quod met. cauſ. Felin. in dicto capit. primo, ver. conclude ergo. Iaſ. in l.vt vim, ff.de iuſt. & iur. Sunt tamen caſus traditi per Bartolum, & alios in dict. lege vt vim, in quibus, quis tenetur obuiare delictum. *Gouean.*

## QVÆTSTIO LVIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vaſallus occidens ſeipſum an feudo priuetur.*

Ex Additionibus.

1 *Vaſallus, ſibimetipſi manus violentas inferens feudum non amittit.*
2 *Pena mortuo regulariter inferri non poteſt.*

ADDITIONES.

### QVÆST. LVIII.

1 a *QVæro, nunquid* [a] *vaſallus occidens ſeipſum priuetur feudo? Reſpon. quod nõ. Ita determinat Bald. in cap. 1. quib. mod. feud. amit. prout illum refert Iacob. de feud. in verb. Dictique vaſalli promiſerunt el 1. nu. 19. vbi dicit, quod ceteri Doctores eum ſequuntur. Eſt enim hoc delictum vaſalli nullo modo concernens offenſionem domini, merito propter illud non debet vaſallus, neque eius hæredes feudo priuari.*

1 a *NVnquid vaſallus occidẽs ſe ipſum priuatur feudo.*] Quod vaſall.† ſi ſibimetipſi manus violẽtas inferat, propterea feudũ non perdat, merito DD. ple-
2 riq; ſtatuunt. Quia † nullus poſt mortẽ culpæ amplius argui poteſt vaſallus: ac pena mortuo delinquenti regulariter inferri nequit, l.ſi pena 20. ff. de penis. Ita preter Clar. Bald. ab eo hic laudatũ, docent, Aluar. nu. 5. Laudenſ n.3. in fin. Præpoſit. nu.3. in fin. Afflict. n. 5.& Balzar. nu.17. in c.1. An ille qui interfecit fratrem domini, &c. Eadem de re videantur Sõſbecc. in cõment. in vſus feud. par.12.n.57. Schneidevvin. de feud. par.8 c. 1.nu.106.& ſeq. Schrad. in tract.feud.part.9. cap. 3.nu.62. & ſeq. & Henricus à Roſenthal. in tract. iuris feudal. capit. decimo, concluſione trigeſima ſeptima, numero 11. *Harprec.*

## QVAESTIO LIX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vaſallus an poſſit priuari feudo ſine cauſa.*
2 *Vaſallus negans tenere feudum à domino, illud amitit.*
3 *Et quid ſi neget tantum partem, an cadat à toto.*
4 *Et quid ſi ſimpliciter negauit narrata, prout narrantur.*

Ex Additionibus.

1 *Vaſallus non niſi iuſta ex cauſa feudum amittit.*
2 *An, & quatenus Princeps alicui ius ſuũ auferre poſſit, remiſſ.*
3 *Vaſallus ſcienter negans feudum, eo priuatur.*
4 *Et quid, ſi neget ſaltem partem feudi.*

ADDITIONES.

### QVÆST. LIX.

1 a *QVæro, an vaſallus poſſit feudo priuari* [a] *ſine cauſa? Reſp. quod nõ, etiam de plenitudine poteſtatis. Et iſta eſt communis reſolutio Doctorum, vt dicit Crau. de antiq. tempor. in 1. parte, ſect. 1. nu. 17. Cum enim vaſallus ſit vtilis dominus feudi, non poteſt Princeps, etiam Imperator, illud dominiũ ſine cauſa ei auferre, tanto magis cum feudũ ſit contractus, & ſecundum communes regulas Princeps ex contractu obligetur, ſicut priuatus.*

a *SIne cauſa.*] Adde, & vide per Rolan. cõſil.3. vbi dicit n.136. iſtud procedere de ordinaria Principis poteſtate, non autem de abſoluta, ſecundũ quã Imperator haud ligatur. *Giach.*

*An vaſallus poſſit feudo priuari ſine cauſa.*]
1 Vaſallum † non niſi iuſta ex cauſa feudo priuandũ eſſe cõſtat ex c.1.de feu. ſine culpa non amitt. titul.21.capit.1. de natura feud.tit 7. cap.1. in princip. quo temp. mil. inueſtit.pet.deb.tit.22. li.1.F. Ro-

Roland.à Val. conſ.1.n.43. vol.2. Hartm. Hartm. in pract. obſer. tit de feu. obſeru.24. adeò vt ne Princeps quidem ſine legitima cauſa alicui feudum eripere queat; ne quidem ſub poteſtatis abſolutæ vmbra, arg.l. meminerint, 6. C. vnde vi. Principi quippe tantū honeſta poſſibilia putantur, arg. can. ſcelus, 21. cauſ.2. q.1. can. Regū, 22. cauſ. 23. q.5. Laudenſ. in c. vn. §. notandum, n.7. de his, qui feu. dare poſſ. Tiber. Decian. reſp.23. n.1. vol. 1. Borcholt. in Cōment. in conſuet. feu. c.8. n.1. & 2. Paul. Berens diſp. feu. 8. th.9.

2 Ceterum † an, & quatenus Princeps alicui ius ſuum auferre poſſit, explicatius perſecutus ſū ad princ. tit. Inſtit. de rer. diuiſ. & acqu. ipſ. dom. rur. 98. & multis ſequentibus. *Harpr.*

b *Negans.*] Itē quod negans ſe vaſallū, perdat ius, quod habet, vide per Iaſ. in prælud. feu. col. 19. in fin. & dixi ēt alibi. *Gia.*

3 *Vaſallus negans tenere feudum à domino, amittit feudum.*] Si vaſallus † feudū ſciens feudum eſſe, negauerit; id eſt, rem feudalem non eſſe feudalem, vel ſe eam ab iſto domino in feudū non tenere, vel ſe vaſallum eſſe inficiatur fuerit; rectè feudo mulctatur, per text. manifeſtū hic à Claro allegatū, in c.1. §. uaſallus ſi feudum, & §. vaſallus feudum, ſi de feudo defuncti cōtent. ſit inter dom. & agnat. vaſ. tit.26. lib.2. F. & in c.1. §. fin. de lege Corradi. tit.34. lib. eod. & vtrobiq. Gloſſ. Beluiſ. Petrus de Ceruo, Nicol. de Neapol. Iſern. Bald. Aluarot. Laudenſ. Præpoſit. Afflict. Rauen. Balzar. Eguin. Baro, & alij, Duaren. de feud. c.14. n.23. Pariſ. de Put. de feud. reintegr. c. 52. nu.3. cum ſeqq. Sonſbecc. in Commentar. in uſus feud. par.12. nu.63. Borcholt. d.c.8. nu.115. Mozz. de feud. tit. fin. tit. 74. Intrigliol. in centur. feud. q.91. nu.82. Schrader. in tract. feud. part.9. capit.6. num.19. Roſenthal. in tract. iuris feud. cap.10. concluſ.32. numero 1. & ſequentib. alijque non pauci ab his memorati. *Harprec.*

*Vndecim autem cauſas, propter quas poteſt vaſallus feudo priuari, vidiſti ſup. in proximis* b *q. Adde quod vaſallus* b *negans* 2 *tenere feudum à domino amittit feudum. Text. eſt in c.1. §. vaſallus ſi feudum ſi de feud. defuncti contentio.*

3 *Sed quid ſi vaſallus* c *neget* c *tantum partem feudi, vel certa prædia, nunquid cadet à toto feudo, an autem tantum à parte negata? Reſp.* ꝙ *cadet tantum à parte vel re negata. Ita tenet gloſ. in d.§. vaſallus ſi feudum. in verb. ſcientia. Et licèt Petr. de Ceruo tenuerit contrarium, quod ſcilicet cadat à toto feudo: tamen eius ſententia ab omnibus Feudiſtis reÿcitur, vt dicit Molin. in conſuetud. Pariſ. feud. §.30. n.6.*

4 *Sed quæro, pone, vaſallus non negauit in ſpecie feudum, ſed litem conteſtando negauit narrata, prout narrantur, &c. vt ſolet fieri, nunquid dicetur negaſſe feudum, ita quod incidat in pœnam priuationis? Reſp. quod non. Argumento eius,* ꝙ *dicit Bart. in l. ſi dubitetur. §. ita demum in fin. ff. de fideiuſſ. Et ita tenet Iac. de feud. in verb. Dictiq; vaſal. el 1. num.55. & ita practicatur, vt dicit Mod. in d.§.30. nu.8.*

c *Si vaſallus neget tantum partē feudi.*] Quod 4 † uaſallus, qui nō totum feudum, ſed partem eius tantum abnegauit, nō toto feudo, ſed parte abnegata dumtaxat, utpotè circa quam deliquit exuatur, ultra Clarum noſtrum, alij ſexcenti ferè affirmant: quos referendo ſequitur Roſenthal. d. cap.10. concluſ.32. num.7. & ſeq. *Harprec.*

## QVAESTIO LX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Quot teſtes requirantur ad probandum ingratitudinem ſiue feloniam contra vaſallum.*

Ex Additionibus.

1 *Quot teſtes ad probandum feloniam requirantur.*

2 *Probatur felonia etiam facti ſiue rei euidentia.*

3 *Probatio, quæ fit per rei euidentiam ſeu aſpectū, præ alÿs priuilegiata validiſſima, nulla lege vel ſtatuto excluſiua, poſt atteſtationes publicatas, & ſententiam latam; ac contra inſtrumentum guarentigiatum admittenda.*

ADDITIONES.

a 1 *QVot teſtes requirantur ad probādum ingratitudinē.*] Quāuis † regulariter in ciuilibus, & criminalib. cauſis duo teſtes idonei plenam faciant probationē: attamen ad probandam, & cōuincendā vaſalli, ſiue clientis feloniā, ſeu ingratitudinē, aut tale quid ob quod uaſallus feudo, ſiue beneficio priuari mereretur, ac poteſt, teſtes quinque ſummæ, atq; integræ opiniones, ſicque omni exceptione maiores requiruntur, per totū rotūdum in c.1. quot teſtes ſint neceſſarij ad probandā feudi ingratitud. tit.57. in fin. libr.2. F. hic à Claro noſtro hic adductū, ibiq; Aluar. n.1. Præpoſit. n.1. Afflict. n.4 & 5. Balzar. n.19. alijq. cōmuniter Iac. de S. Georg. in tractat. de feu. in uerb. dictiq. uaſalli promiſerunt nō cōmittere felon. n.55. Ant. Capyc. in inueſt. feu. c. feudatarior. excuſat. §. probatio pag.192. Duaren. de feud. tit.21. n.7. in fin. Mozz. de nat. feu. n.53. Schrad. in tract. feu. 2. par.4. princ. ſect. 12. nu.10. Maſcard. in tract. de probat. concl.761. n.1. & concl.897. n.28. vol.2. Vulteius lib.1. de feud. c.1. nu.54. & plures alios referens Henric. à Roſenthal. in tract. iur. feud. c.12. concl.19. nu.4. & 5. ubi, & diſſentientes nullos citat.

2 Addendum hoc loco illud eſt: feloniam † priuatione feudi dignā abſq. omni dubio per euidētiā rei, & aſpectum probari poſ-

3 ſe. Tum † quia iſthæc probatio, quæ fit per rei euidentiā, & aſpectum omnium eſt optima, & ualidior quacunq. alia probatione, & cuiuſcunq. generis probationi præfertur Bal. in l. Deo nobis, 56. C. de Epiſc. & cler. & cōtra negātē, 4. n.7. C. ad l. Aquil. Barbat. conſ.7. col.4. lib.1. Tiraq. in tract. de utroq. retract. par.1. §. 4. gloſ.1. n.36. Tum quia illa probatio eſt multū priuilegiata, & omnes alias probationes excedit. Rom. cōſ.104. et Hippol. de Marſ. in rubr. C. de proba. n.169. Tum quia iſta ꝓbatio per nullā legē, ſtatutum, uel cōſuetudinē excluſa cenſetur: ſed ſēper, & quādocunq. & in quibuſcunq. cauſis recipi debet, etiā ante litē conteſt. & tēpore feriato: item poſt atteſtationes publicatas, nec nō poſt ſententiā latam: & contra inſtrumentū guarentigiatū, executionem paratā habens: ut multis relatis auctoritatib. cenſent Schrad. d. p.2. 9. par. princ. ſect.13. n.108. & Roſēt. d. c.12. cōcl.19. n.49. & ſeq. *Har.*

## QVÆST. LX.

1 a b *QVæro, quot* a *teſtes requirantur ad probandum ingratitudinem ſiue feloniā* b *contra vaſallum? Reſp. de hoc habemus text. expreſſum in c.1. quot teſtes ſint neceſſ. ad probandum, &c. quod requirantur quinque, qui ſint omni exceptione maiores. Sed punctus eſt, quia Molin. poſt nonnullos alios dicit, quod ille text. non eſt authenticus, & non ſeruatur. Tu dic, quod imo eſt authenticus, & eſt lex, & pro lege ſeruari debet, & ita tenēt omnes Scribentes, vt dicit Iac. in verbo, Dictique vaſal. el 1. n.55. & dicit Bertran. conſ.115. nu.31. lib.2. in 2. parte, quod ita tenent communiter Doctores.*

b *Felloniam.*] Hic ſcias, quod tametſi uaſallus commiſerit feloniam contra dominum, non tamen hæredes domini poſſunt eum feudo priuare, ſi dominus illam ſciebat: ſecus ſi ignorabat: per Marin. Anguiſſol. in conſilio 94. numero 22. & uide ſupra quæſt.31. ſub apoſtil. ſignata littera B. priuatur, & ſimiliter ſi patet uaſallus commiſit feloniam, eius hæres haud poteſt priuari per Iaſon. in l. final. ulrimo not. C. de iur. emphyteut. Vbi Clericus uenit priuandus propter proditionem factam cōtra dominū: tunc pares curiæ, nec alius Iudex ſecularis poſſunt de tali proditione cognoſcere, ſed ſolus ordinarius clerici; per Ro-



Roland. conſ. 4. num 35. 36. 37. vide tamen infra quæſt. fin. verſ. & hæc quidem. Hic etiam ſcias, quod feloniam committenti confiſcantur nedum bona allodialia, ſed etiam feudalia etiam in præiudicium agnatorum, quoniam delictum tam graue officit nedum delinquentibus, & filÿs, verum etiam agnatis: per Rolan. conſ.1. colum.2. volum.3. *Giach.*

## QVAESTIO LXI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vaſallus, qui coactus aliquid fecit contra dominum, an debeat feudo priuari.*

2 *Et quid ſi illud fecit per metum.*

Ex Additionibus.

1 *Vaſallus vi, metuue iuſto coactus, dominum feudi offendens, an feudo priuetur.*

2 *Statntum irrogans certam pœnam præſtantibus auxilium bannitis, non extenditur ad illos, qui coacte bannitis auxilium præſtiterunt.*

ADDITIONES.

a 1 *NVnquid ſi illud fecit coactus.*] Si † vaſallus vi, vel metu iuſte coactus, dominum feudi læſerit, ſeu offenderit; feudo priuādus haud venit, argum. cap. ſacris, 5. vbi Canoniſtæ, extr. de his, quę vi, metuſve cauſ. fiūt, & arg. can. presbyteros, 29. diſt.50. Et, præter Clarū noſtrū, tradūt Schneidevvin. de feud. part.8. cap.1. num.111. Schrad. in tractat. feud. par.9. c.4. nu.94. & Roſenthal. in tract. iur. feud. cap.10. cōcluſ.20. nu.61.

2 Quæ † ſentētia ex eo cōfirmari videtur, quod ſtatutum irrogans certā pęnā præſtātibus auxiliū bānitis, vel receptātibus bannitos, nō extendatur ad illos, qui coacte bannitis vel auxiliū pręſtiterūt, vel bānitos receptarūt, vt poſt Bart. in l. poſt legatū, 5. §. ÿs vero, ff. de his, quib. vt indign. & Florianū in l. in omnibus, ff. de noxal. actionib. annotauit Schrader. d. part.9. cap.4. nu.95. *Harprec.*

b *Per metum.*] Adde cōmune etiam per Rol. conſ.1. num.10. & dixi in collecta mea commun. opin. in verb. vaſallus, num.18. *Giach.*

## QVÆST. LXI.

1 a *QVæro, vaſallus fecit aliquid, propter quod eſt feudo priuandus, nunquid* a *ſi illud fecit coactus, debet nihilominus feudum amittere? Reſpond. quod non. Ita dicit gloſ. in capitulo primo. §. porro. in verbo, Perdit. quæ fuer. prima cauſa benef. amit. quam ſequūtur communiter Scribentes, vt dicit Gratus conſilio quinto numero decimotertio, libro ſecundo; non enim dicitur delinquere, qui aliquid coactus facit.*

b *Sed quid ſi illud fecerit per metum?* b *Reſpond. quod pariter excuſabitur. Ita ſentit gloſſ. in capitulo primo. §. ſimiliter. in verbo, Priuabitur. de conſuet. recti feud. quam ſaquuntur communiter Doctores, vt ait Grammaticus conſilio decimotertio, numero trigeſimo. Quod tamen intelligo, vt procedat in iuſto metu, & qui cadit in conſtantem virum. Dico etiam, quod ſi ceſſaret vis, aut cauſa metus, & vaſallus nihilominus perſeueraret in offenſione domini, tunc reputaretur voluntarie delinquere; & ideo non eſſet excuſandus à priuatione feudi.*

## QVAESTIO LXII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vaſallus propter ingratitudinē, vel aliam cauſam priuationis an cadat ipſo iure à feudo, vel ſit per ſententiam priuandus.*

Ex Additionibus.

1 *Vaſallus priuandus ob feloniam, vtrum feudum ipſo iure, an per ſententiam amittat.*

2 *Rixis occaſio non præbenda.*

3 *Interpretatio tit.24. lib.2. feudor.*

ADDITIONES.

a *PRiuetur feudo.*] Hic ſcias etiam, quod vaſallus, qui commiſit feloniam, lege feudi ſolum priuatur feudo, vide per Cæphal. in conſ. 18. nu.42. an, & quando bonis vaſalli publicatis bona feudalia comprehendātur in bonorum publicatione? vide per Boſſi. tit. de bono. publicat. ſub nu.53 quod dixi alias, & plenius. *Giach.*

1 *Priuetur feudo ipſo iure.*] Quoties † feudum propter feloniā, & culpā à vaſallo cōmiſſam amittitur, toties regulariter non ipſo iure, ſed per ſententiam iudicis, de cauſa atque delicto agnoſcentis, reumque vaſallum condemnantis, amitti verius putatur, per textus apertiſſimos in tit.21. in princip. & tit.22. § ſancimus, lib.1. F. Quibus textibus accedit ma-

2 nifeſta iuris ratio: quod † nempe ſi daretur domino facultas propria auctoritate vaſallum expellendi, eo quod culpam diceret commiſſam, negante id vaſallo, & ſeſe domino opponente: ſæpe ad rixas, ad manus, & ad arma veniretur. Hoc autem prętor permittere minime debet, argum. l. non eſt ſingulis, 176. ff. de reg. iur. Atque ita, vltra Clarum noſtrum, & ab eo relatos hic, cenſent Iacobin. de S. Georg. in tract. feud. verb. dictique vaſalli, num.9. & 11. Ruinus conſ.37. num.4. lib.1. Pract. Papienſ. in form. libell. qua agitur ad reuoc. feud. verb. nec ſuperſtitibus ex eo liberis, num.8. Guid. Papienſ. deciſ. delph.164. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 385. num. 70. Pariſ. conſ.1. num.18. & conſ.101. nu.116. lib.1. Anton. Gabr. Roman. in tract. regul. lib.7. rubr. de crim. concluſ.9. num.10. Soſbecc. in Commentar. in vſus feud. part.13. num.74. Hanneton. lib.3. de feud. cap.13. Vult. lib. 1. de feud. cap.11. nu.59. Moz. de feud. tit. final. nu.40. & nu.105. Schneidevvin. de feud. part. 8. cap.2. num.20. Duaren. de feud. cap.15. num.14. Gail. lib.2. obſer.51. nu.1 & lib.2. de pace publ. cap. 3. num.10. Hartm. Hartman. pract. q lib.2. tit.54. de feud. obſer.23. Schrad. in tractat. feud. 2. part.9. partis princ. ſect.8. nu.14. & Roſenthal. in tract. iuris feud. cap. 10. concl.41. nu.1. & ſeqq. alijque complures, ab his allegatis.

3 Huic veriſſimæ, & receptiſſimæ ſententiæ nō obſtat, † quod textus in tit.24. lib.2. F. vtatur verbo præſentis temporis amittit: adeoque ſignificet, quod ſi vaſallus intra annum, & diem non petierit inueſtituram, ipſo iure feudo priuetur. Nam quod vaſallus ex dicta cauſa non ipſo iure feudum amittat, colligitur ex d. tit.24. vbi textus loquitur per verbum futuri temporis carebit. At quando lex loquitur per verba futuri temporis, non importat ipſo iure priuationem: ſed requiritur ſententia priuatiua. Proinde præcedens verbum (amittit) quod eſt præſentis temporis, explicationem recipit ex uerbo carebit, futuri tem-

## QVÆST. LXII.

1 a *QVæro, an in caſibus, in quibus vaſallus incurrit pœnam priuationis feudi, priuetur* a *feudo ipſo iure, an autem requiratur ſententia? Reſpon. quod regulariter non priuatur feudo ipſo iure, ſed poſt conuictam culpam, & ſic ſecuta ſententia. Ita tenet gloſ. in cap.1. in verbo, Iure feudi, quib. mod. feud. amitt. quæ in hoc eſt communiter approbata, vt dicit Alex. conſil. 124. num.1. lib. 1. Et eſt communis opin. vt ait Curt. iun. de feud. in 4. parte, in vltima particula, in 1. dubitatione. Zaſ. de feud. in 10. parte, in fin. pri-*